Quelle: https://manuscripta.at/?ID=37188
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Conclusio finalis

Ex predictis generalibus regulis potest hic manuductio ad facilius
formandum novum orationale, quod utile erit ad agendum uniformiter
cultum divinum per supposita huius monasterii. Et precipue valebit in
futurum, si interveniente auctoritate nostra, primus modus articuli primi
acceptabitur. De reliquis causa brevitatis supersedeo.
Protestamur autem quod in omnibus avizatis aut pro futuro avizandis,
nil suggerere proponimus quod carte et ordinationibus visitatorum presentis
monasterii aliqualiter posset adversari aut obviare, quemadmodum
et de breviario premissis, nisi accedat auctoritas superioris potestatis
id agere et tollere valentis. Explicit Amen